

1769.

1300—1310.

ÅKE PIKS tillkännagifvande, att han, vid sin dotters Margaretas ingående i Gudhem's kloster, gifvit henne alla sina och sin hustrus gods i Slätohult, samt dem han köpt af Knut Ebbesson, hvilka tillförne tillhörde hans svåger Björn Gedda.

A. 3. a.

Omnibus ad quos presens scriptum peruererit, AQUO dictus PIK salutem in domino sempiternam Vniuersitati vestre pateat per presentes me bona mea omnia nec non quondam vxoris mee cristine in slætoholt scita (!) filie mee margarete cum ipsam religiositati tradidi in gudem perpetuo contulisse possidenda, Item quod ab kanuto ebbasson omnia predia videlicet partem vnius fratriis comparaui, quam possedit bero gædda frater quondam vxoris mee similiter et eidem filie mee fateor contulisse, hec nimirum bona taliter emi, quod bero senior gedda ex parte mea supradicto beroni soluit vnum frustum panni viridi genst, V. pecora, et viginti marchas denariorum, jn cuius rei euidenciam firmiorem sigillum meum presentibus est appensum.

På frånsidan: Per predia slætaholt; *med nyare hand:* Åke Pijk.

Sigillet oskadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1770.

1300—1310.

Nydala

ERIK UNNESSONS intyg om den förbindelse Gudmund Stålubbæs slätingar åtagit sig, att skydda munkarne i Nydala från hans oförrätter, och att med sina gods ansvara derför.

A. 6.

Omnibus presens scripsum cernentibus, ERICUS VNNASON salutem in domino, Nouerint vniuersi quod Ego in Nouawalle, dominica Palmarum cum essem constitutus, audiui fideiussionem et securitatem, quas cognati Gudmundi dicti staalubbæ fecerunt monachis dicti loci, super iniuriis ab ipso, eis antea irrogatis, jurantes igitur promiserunt firmiter fide data, Throtto de langhedhe, et Throtto alter de stenlingarydh, quod predia sua in dictis locis sita, dimitterent monachis predictis perpetuo possidenda, si dictus staalubbæ dictos Claustrales, vel eorum aliquem amodo armis impeteret, aut eis attinentem, seu dampna rerum eis faceret, vel eciam modis aliis graues iniurias prepararet, jn cuius rei testimonium sigillum meum rogatus ab vtrisque apposui huic scripto, actum loco et die supradictis, placuit eciam tam monachis predictis quam supradictis cognatis dicti staalubbæ ut sigilla holmgeri magnusson, et johannis sonason his litteris appenderentur in euidentiam pleniorem.

På frånsidan: stenlyngaryd jn parrochia hielmserryd.

Sigillen borta; 3:ne ur brefvet klippta remsa finnas qvar.

Sv. Diplom. II.

90